D.

Cerasoli, F.

Nuovi Documenti sul monumento di Giulio II.
Rom 1895.

EX LIBRIS
ERNESTI
STEINMANN

Digitized by the Internet Archive
in 2013

http://archive.org/details/nuovidocumentisu00cera

Estratto dall'*ARCHIVIO STORICO DELL'ARTE* - Anno VII, fasc. VI

23 aprile 1911

Nuovi Documenti

SUL MONUMENTO DI GIULIO II

Nuovi Documenti

sul monumento di Giulio II.

I.

(Arch. segreto Vaticano. Divers. Camer. vol. 103, fol. 232-234).

Paulus PP. III.
Florentin (*sic*).

Cum sicut nobis constat postquam dilectus filius Magister Michelangelus de Bonarotis civis florentinus unicus et singularis pictor et statuarius alias fe: re: Julio pp. II. predecessori nostro sub certis conditionibus industriam et operas suas locaverat ad fabricationem et constructuram sepulcri marmorei quod sibi vivens disponebat et preparabat pro ducatis decem millibus auri de Camera dictoque Julio defuncto testamenti ipsius Julii exequtores summam decem millium ducatorum hujusmodi ad decem et sex mille ducatorum similes et forsan aliam majorem summam certo modo auxissent ex dictisque sexdecim millibus ducatorum summam octo millium ducatorum similium ipsi Michaelangelo a nobili viro Francisco Urbini Duce ad quem et exequtores predictos coniunctim vel divisim curam et perfectio sepulcri hujusmodi spectat soluta fuisset et manu operi forsan apposita Franciscus Urbini Dux vel exequtores predicti cum eodem Michelangelo concorde — volente et consentiente ac pariter auctoritate pie me: Clemente septimo etiam predecessore nostro ad finem et effectum infradicendum ab omnibus et singulis conventionibus tam inter Julium predecessorem primo quam successive per ipsos cum dicto Michelangelo factis et initis ad conventiones et pactiones infrascriptas devenissent inter alia videlicet ipsum Michaelangelum ab omnibus et singulis primo et secundo dictis conventionibus et pactis ac pecuniorum summis supradictis per ipsum habitis quietassent, absolvissent et liberassent, propterquam idem Michaelangelus facere et dare novum modellum seu designum dicti sepulcri ad sui libitum ac etiam sex statuas marmoreas inceptas et nondum perfectas sed sua manu perficiendas et alia quocumque ad sepolturam predictam preparata et etiam infra certum tunc expressum nunc jam diu effluxum terminum summam duorum millium ducatorum similium computata certa sua domo tunc expressa in extimata, et quod ulterius exponi necesse esset in sepulcrum hujusmodi loco infra quatuor menses sibi en die celebrati contractus hic in Urbe assignando ad debitum finem perduci possit. Pecuniasque ipsas sic exbursandas de tempore in tempus de consensu et voluntate procuratoris dicti Ducis exbursare promiserit et se obligaverit. Prelibatusque Clemens predecessor dicto Michelangelo qui forsan ab urbe florentina sine ipsius Clementis licentia abesse non poterat ad Urbem veniendi et in ea standi per duos menses plus vel minus prout ipsi predecessori placeret. Ex qua propter dictas sex statuas opus sepulcri juxta novum designum hujusmodi finiendum in solum vel in parte alij seu alijs licentiam et facultatem concesserat pacto inter ipsos etiam adiuncto quod in eventum in quem ipse Michaelangelus premissa non observaret quietatio predicta nulla et nullius roboris et momenti esset et ipse Michae-

langelus teneatur ad observationem aliarum supradictarum conventionum et si premissa facta non fuissent illa etiam obligatione que in ampliori forma Camere appellatur juramento etiam cum aliis clausolis et cautelis solitis et consuetis adiecta. Cumque successive Clemens prefatus pro decori et ornamento majoris cappelle nostri palatii Apostolici Sixtine nuncupate intendens ad caput altare majus seu supra illud certas picturas fieri preponens ipsum Michaelangelum ad picturam hujusmodi juxta designum cartonum per ipsum factorum evocasset, eidemque ut illi intenderet sepulcri predicti a quocumque alio opere postposito mandaverit prout ex inde citra idem Michaelangelus eidem operi intendit, et nos dicto Clemente sicuti domino placuit de medio sublato ad apostolatus apostolice assumpti indignum reputantes quod tam laudabile et singulare opus picture hujusmodi in venustatem et majestatem dicte Cappelle et totius dicti palatii cedens imperfectum relinqueretur et remaneretur eidem Michaeliangelo quovis invito et recusanti ut ad perfectionem picture Cappelle predicte ulterius et usque ad illius totalem perfectionem incessanter continuaret vive vocis oraculo mandamus prout etiam de novo et presentium tenore mandamus ne dictus Michaelangelus quod non culpa nec facto suo sed parendo jussionibus et mandatis nostris et ipsius Clementis minime sepulcrum predictum infra tempus conventum perfecit et forsan alia conventa non observavit nec in observatione et contraventione seu supra incursu aliquarum censurarum vel predictarum aut aliarum ei forsan penarum tempore precedente vexari seu molestari possit seu possint indemnitatique sue providere volentes ac omnes et singulos tam prime cum ipso Julio quam postea cum exequtoribus, et ultimo cum Procuratoribus predictis ac alias quascumque forsan et quolibet alio modo initas et inita conventiones et pacta ac quecumque instrumenta desuper celebrata et stipulata nec non quascumque alias tam publicas quam privatas scripturas pariterque omnes et singulas contraventiones et inobservantias ac etiam pecuniarias penas forsan incursas pro expressas insertis habentes totiusque exprimi et etiam de verbo ad verbum si videbitur inseri posse volentes Motu Proprio Etc. dicimus et verbo Romani Pontificis attestamur dictum Michaelangelum invitum et recusantem ac contradicentem tam per ipsum Clementem dum vixit quam per nos etiam post assumptionem nostram hujusmodi impedimentum retentum et detentum fuisse et fore et esse, in presentiarumque etiam retineri et impediri ne fabricature et expenditure et constructioni sepulcri predicti adimplemento et observationi omnium et singulorum predictorum assistere vel facere aut adimplere seu per se vel alicui perficere potuerit seu voluerit, possit vel valeat, vel possit aut valeat, et insuper pro potiori cautela quatenus forsan de juris rigore vel alias possit dici convenisset et non observasset nec adimplesset, ipsumque heredesque et successores suosque et quoscumque etiam extraneos ab omni et quacumque contraventione et inobservantia incursumque predictarum in singulis insertis scripturis predictis contentarum et quarumcumque aliarum etiam cujuscumque notabilis summe pecuniarum penarum et forsan fisco nostro applicatarum penitus et omnino ac generaliter et generalissime specialiterque et specialissime tam quo ad nos quam quoscumque alios quolibet et qualibet cumque interesse habentes etiam si S. R. C. Cardinales essent vel quavis alia ducali vel majori dignitate sive titulo prefulgeant remittimus absolvimus et liberamus itaque a quocumque premissorum omnium vel singulorum occasione in judicio vel extra molestari non possint etiam quacumque, quomodocumque, cuicumque forsan competente actione contra ipsum vel suos predictos auferentes ac sibi perpetuum silentium imponentes et inhibentes ne de cetero de mandato et impedimento ipsis Clementis et nostra hujusmodi habeat dubitari vel in dubium revocari, eidem Michelangelo sub majoris excomunicationis et indignationis nostre penis, ipso facto, si non paruerit incurrendis ut premisso cuicumque alteri operi impeditivo quominus intendat comode picture cappelle nostre hujusmodi inhibentes quodque illis obmissis continuaverit et incessanter usque ad totalem perfectionem ibidem laboret, precipimus ac committimus ac mandamus usque ad probandum omnia et singula supradicta presentes etiam literae desuper in forma Brevis expediende in judicio et etiam sufficiant nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur vel in contrarium admittatur nec de subreptione obreptione sive intentionis nostrae vel quocumque alio defectu exceptione oppositione vel allegatione impugnari possint, sicque et non aliter nec in contrarium per quoscumque etiam S. R. E. Cardinales, Palatii Apostolici causarum Auditores Presidentes et clericos camere et quoscumque alios judices judicari sententiari et diffiniri deberent, sublata eis et eorum irritum et inane decernimus. Non obstante premissis costitutionibus

etiam Urbis sive quarumcumque aliarum etiam florentine civitatum monasteriorumque in quibus forsan sepulcrum hujusmodi fit et fieri debet ac si fuit s. Benedicti vel alterius ordinis ac juramento roboris regulato de non tollendo jure quesito etc. privilegisque indultis litterarum extendentium, coeterisque in contarium facientibus non obstantibus quibuscumque cum clausolis oportunis et consuetis seu necessariis fiat ut petitur A. Et cum absolutione a censuris ad effectum et similis per annum et ultra insorduisset regula contraria non obstante litterarum extendendi ac de remissione absolutione et liberatione ac inhibitione commissione ac mandato predictis in forma gratiosa etc. ac decurso etc. videlicet supra derogationum predictorum ac quod premissorum omnium et singulorum et quarumcumque scripturarum tam publicarum quam privatarum super premissis confectarum ac obligationum et instrumentorum predictorum tenorem etiam cum illorum totali insertione si videbitur aliorumque hic generaliter vel specialiter narrande maior ac verior spirito fieri possit in litteris sue per expressis habeantur et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat ac fidem faciat in judicio et extra sive alias si placuerit per breve expediri et cum oportuno decreto et ordinatione exequantur pro supra dictos Duce vel executores aut alios quoscumque omnem aliumde forsan causam vel interesse habentes vel pretendentes ullo unquam in perpetuum contra ipsum Michaelangelum vel suorum predicto quomodolibet quovis modo ratione causa vel occasione super premissis vel aliquo premissorum principaliter vel incidenter lis aut molestia inferrentur quod Camera Apostolica incontinenti ipsum Michaelangelum et suos predictos indemnare et penitus sine danno conservare teneatur et obligatur cum quocumque instantibus sumptibus et expensis propriis quia sic per nos ipsi Michaeliangelo promissimus et ad hoc nos et Sedem Apostolicam obligavimus et nunc obligamus et promittimus, et cum latissimo mandato Camerario Presidentibus et clericis Camere Apostolice quod presentes vel litteras desuper expediendi in Camera Apostolica erogando et desuper omne patentes litteras vel instrumentum etc. cum expressa ypotheca et obligatione omnium bonorum cameralium tam temporalium quam spiritualium prout moris est latissime extendentia, fiat. A.

Datum Rome apud s. Petrum quintodecimo kalen. decembris anno tertio.

II.

(Arch. Seg. Vat. Divers. 103, fol. 234-235).

Augustinus Etc. Camerarius. Dilecto nobis in Christo Magistro Michaelangelo de bonarotis civi Florentino Pictori scultorique celeberrimo salutem in Domine sempiternam. Romanae Ecclesiae Camerariatus Officio Apostolice Sedis gratia in domino presidentes id potissimum inter coetera hic cure spectare censetur ut ea quod a Romane Pontifice presertim in favorem personarum de eadem Sede benemeritarum processisse comperimus pro nostre sollicitudinis operam suum debitum consequantur effectum sane pro parte tua nuper exhibita fuit coram nobis in Camera Apostolica quedam papiri cedulam in forma Motus proprij S. D. N. Pauli pp. III. manu propria Sue Santitatis signatam tenoris infrascripti videlicet: Paulus papa tertius cum sicut nobis constat anno tertio qua quidem motus proprij cedula ut prefertur nobis presentata et per nos qua decuit reverentia recepta Nobis etiam pro parte tua fuit humiliter supplicatum ut illam in libris dictae Camerae registrari facere ac pro illius exequtione et observatione nostas hujusmodi et ejusdem Camere litteras juxta et secundum formam ac continentiam et tenorem ejusdem cedule motus proprii concedere et alias sibi desuper oportune providere dignamus. Nos igitur ipsa motus proprii cedula ac contentis in ea per nos diligenter consideratis debitum reputantes ut firmiter observari debeant ea que Romanus Pontifex ad personarum dicte Sedis obsequiis insistentium securitatem et quietem per tempore conducenda ducit. Valentesque te cujus sublime ingenium singularisque peritia ac docte facilesque manus Picturam et Sculpturam duas eque nobilissimas artes pari modo illustrarunt ac per te ad priscam extimationem restitute fuerunt, horum ac alia et virtutum quibus te illarum largitor Altissimus illustravit intuitu gratioso favore complecti ac tue tuorumque indemnitati in premissis oportune providere dignemur. Supplicationibus tuis hujusmodi utpote juxtis inclinati De mandato et auctoritate etc. ac ex decreto Etc. preinsertam Motus proprij cedulam acceptantes et admittentes, in librisque praefate Camere registrari mandamus illas ac omnia et singula in ea contenta et inde secuta quecumque tenore presentium quatenus opus sit plene ac perpetue firmitatis robur obtinere ulterioresque effectus suos sortiri et ab omnibus in-

violabiliter observari debere, censemus et decernimus, et nihilominus pro potiori cautela tua ac heredum et successorum tuorum pro tua eorumque indemnitate, premissorum omnium et singulorum in preinserto motu proprio contentorum omnimodam observationem per omnibus et singulis in motu proprio preinserto hujusmodi expressis et contentis ac narratis quam quocumque alio dato et facto prefate Camere quam quorumcumque aliorum nunc et per tempore interesse habentium vel pretendentium promittimus et pollicemur tibique propterea ac heredibus et successoribus tuis predictis omnia et singula ac quacumque ipsius Camere bona mobilia vel immobilia presentia et futura ubi vis existentia presentium tenore etiam specialiter expresse ypothecamus et obligamus eamdem Cameram ad te tuosque predictos ab omnibus et singulis ac quibuscumque, damnis interesse et expensis signe vel quas premissorum occasione quomodolibet pati indemnitatem et sine damno relevari teneri voluimus et obligatam esse, quocirca omnibus et singulis officialibus et justitie ministris S. R. E. non subiectis sub excomunicationis, subiecti vero sub ejusdem excomunicationis et mille auri ducatorum ac aliis arbitrij nostri penis harumdem serie precipimus et mandamus quatenus preinsertas nostras hujusmodi litteras tibi tuisque predictis perpetuo et juxta illarum formam observent et quantum in eis fuerit observari mandent et faciant cum effectu non permittens te nec tuos predictos contra ipsarum vim seriem et tenorem ullo modo vel colore quesito realiter aut personaliter inquietari molestari vel perturbari contradictores per censuras Ecclesiasticas et pecuniarias penas eorum arbitrio infligendas et moderandi appellatione postposita compescendo invocato etiam etc. Nos ex nunc irritum decernimus et inane quicquid tecus quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingat attemptari non obstantibus omnibus iis que prefatus SS. D. N. papa in preinserto motu proprio voluit non ostante. In quorum fidem. Dat. Rome die XI mensis xbris. 1536 Pontif. Pauli III anno tertio.

III.

(Arch. Seg. Vaticano Divers. Cam. Vol. 110, fol. 48-49).

Guido Ascanius Sforzia S. R. E. Camerarius. Dilecto Nobis in Christo Michaele angelo de Bonarotis patritio florentino salutem. Exhibuisti nuper in Camera Apostolica quasdam SS^{mi} D. N. D. Pauli divina providentia pape tertii in forma brevis, anulo piscatoris signatas super concessione passus padi prope placentiam per eumdem SS^{mi} D. N. tibi facta quarum tenore sequitur et est talis videlicet a tergo dilecto filio Michelangelo de Bonarotis patritio florentino, intus vero Paulus pp. tertius. Dilecte filii salutem et apostolicam benedictionem. Cum fe. re. Clementis pp. VII. immediatus predecessor noster primo et deinde nos tibi pro depingendo a te pariete altaris cappelle nostre pictura et istoria ultimi judicij ad laborem et virtutem tuam quam nostrum seculum ampliter exornas remunerando et satisfacendo introitum et redditum mille et ducentorum scutorum auri annuatim ad vitam tuam promisserimus prout etiam promittimus per presentes. Nos ut dictum opus a te inchoarj ceptum prosequaris et perficias passum padi prope Placentiam quem quondam Jo. Franciscus Beula dum viveret obtinebat cum solitis emolumentis jurisdictionibus onoribus ponderibus suis pro parte dicti introitus tibi promissi videlicet pro sexcenta scutorum auri quot ipsum passum annuatim redere accepimus nostra promissione quod ad reliquorum sexcentuum scutos firma remanente ad vitam tuam auctoritate apostolica tenore presentium tibi concedimus, mandantes Vicelegato nostro Gallie Cispadane nunc et pro tempore existenti ac dilectis filiis anziani et Communitati dicte civitatis Placentiae ac aliis ad quos spectat ut te vel Procuratorem tuum pro te in possessionem dicti passus ejusque exercitij admittant et admissam teneantur, faceantque hujusmodi nostra concessione vita tua durante pacifice frui et gaudere. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Dat. Rome apud s. Marcum sub anulo piscatoris die 1^{a} 7bris 1535. pontificatus nostri anno primo " Blosius „ Indeque nobis humiliter supplicasti ut illas admittere in libris camere apostolice registrari facere ac litteras patentes desuper tibi concedere ac alias tibi desuper oportune providere dignaremur, Nos ad personam tuam meritis virtutibus insignitam debitum respectum habentes tuis in hac parte supplicationibus inclinati de mandato SS^{mi} D. N. pp. vive vocis oraculo super hoc nobis facto, et auctoritate nostri Camerariatus officij ac ex decreto desuper in Camera Apostolica facto predictas litteras omni qua decuit reverentia admittemus et illas in libris Cam. Ap. registrari mandantes pro illarum debita exequtione Rvdo Dño Vicelegato Gallie Cispadane ac antianiis et Comunitati Civitatis Pla-

centie ceterisque ad quos spectat et spectare poterit in futurum, et cui seu quibus preinserte litterae ac patentes nostre exhibite et presentate fuerint harum serie mandamus quatenus te vel procuratorem tuum in possessione dicti passus cum illius exercitio juxta formam dictarum preinsertarum litterarum inducant et admittant, inductumque et admissum manuteneant et defendant, ipsoque passu et illius fructibus pacifice frui et gaudere promittant et quovis modo te, vel pro te agentes non impediant nec molestent sub excomunicationis et aliis nostri arbitrij penis et nihilominus irritum decernimus et inane quidquid in contrarium contingerit attemptari. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Dat. Rome in Cam. Ap. die nona Mensis Maij *1538* pontif. nostri anno quarto.

B. Vicecamerarius
A. Thesaerarius

Visa Jo. Gaddus Ap. Cam. Decanus
Ces. Ap. Cam. clericus
Fede. Tudertinus clericus
Bal.er de Piscia clericus
Jo. Della Casa clericus

Cappellus (Notarius).

Francesco Cerasoli.

Roma, 1895 — Tip. dell' Unione Cooperativa Editrice, Via di Porta Salaria, 23-A.

GETTY RESEARCH INSTITUTE
3 3125 01360 2749